

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. III. De Valeriano, Bajasitâ vinctis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

C A P V T VII.

Parodoxum geminum.

Audite mortales, & hilarescite; audite cælites & angemiscite: Hac nocte cacodemon mortuus est: Has nocte Deus conjectus est in vincula. De utroque hoc paradoxa pauca, sed stylò paululum cre-
etiora quam antehac, & hilariore.

§. I. *Cacodæmon mortuus.*

Ep̄terfes, quod Plutarchus memorat, Æmiliani Rhetoris parens, & qui hoc Plutarcho narravit, cum circa Echinadas insulas navigaret, nec favens spiraret aura, noctu prope Paxas delatus est. Cūm in nav̄i silenter omnes, & atceptiū vigilanter, subito clamatu est: Thramne. Horrent cuncti ad claram hanc, sed ignota in vocem, neque permittit responsum horror. Silent igitur attoniti, alter alterum sine voce respiciens. Clamatū iterum, Thramne. Siletur iterum, & magis pavetur. Redit vox eadem tertium. Tandem ter inclamatus ille Thramnus (erat hic gente Ægyptius, & natus illius rector) respondet, & quid se clamor hic velit, interrogat. Cuius vox illa iam multo quam ante clarior: Cūm ad paludē fueris, nuntia magnum Pana mortuum esse. Audiunt hoc omnes, sed num voci parendum sit, variè trepidique deliberant. Cūm animositor ceteris Thramnus, Audite viri, inquit, & audete quod siadeo: si venti navem impellendo non fluerint, nos filebimus, quod si non flaverint illi & tacuerint, nos loquemur, & quod iussi sumus, nuntiabimus. Proabant consilii omnes, & potiò navigant, sed non diu. Nam ventus mox insequi desit, & copit silere. Illi ubi juxta paludem hærere coquuntur, paci Thramnum monent, qui promptus puppim scandit, & vultu in mare vergens altâ voce clamat: *Magnus Pan mortuus est.* Vix hoc effatus, cūm innumera illum geometrus ad miraculum vehemens & confusus auditus fuit. Interēa navigium hoc Romam pertingit, & illā urbium Vrbem novo rumore attonat. Ipse Tiberius Imp. curiosus talium, Thramnū ad se accersit, omnia ex fide intelligit, & assentientibus in idem Philosophis, & ipse fidē habet. Quam neque à nobis praefatè negandam censeo. Quamvis non nefcio scriptorem magnum esse, qui hoc potius de Christo in cruce aëto velit intelligi, cui ego litem (quod abstr) non intendo. Solum illud proclamo: *Pan magnus hac nocte mortuus est, quā Deus in orbem natus est.* Ad illius vero mortem indubie Tartarum omne ingemuit. Neque ego assero (quis enim hoc dicat?) cacodæmonū Principem & magnum illum Pana, qui spiritus est, & mori non potest, sed illius in nos robur infraactum, immō mortuū, atq̄ue si propriè loquendum, strangulatum suffocatumq; esse & illis quidem ipsis vinculis, in qua bonus ille Deus se sponte sua hac nocte conçecit.

§. II. Deus in vincula coniectus.

Christe, quid ego hic dicam, nisi hoc solum, non
habere me quod dicam? Verè verè Deus conje-
ctus est in vincula. En, inter homines, immo non inter ho-
mines, sed en, inter ipsas bestias immensis Numen illo
humana carnis carcere ambitur. Neq; hoc satis; etiam
vinculis constringitur, & alligatur: paniculic & lin-
teolis Deus fasciatur. An non meritò gloriari pos-
sumus, obligatum nobis nos habere Deum? certe lig-
atum habemus. Pæne hodie concedenda sit venia ido-
lolatrii, qui Deum nimio nostrum amore infatuum
asserunt. Puer divini simile, ignosce hanc stultam, iniò
impian, ex pietate tamen prognatam vocem. Scio,
Christe, infatuati non potuisti; sapientissimus es, &
omnis origo sapientie, sed tamen potuisti infantari

(ut) hac voce) potuisti & ligari, quia voluisti. Vt nos Deum
enim manumitteremur, in hunc carcere compingi,
& in vincula dare non recusasti, vincula non aurea
vel gemmata, sed linea. Ego Deus infra servū te ab-
suecit, & pretiosior est carcere vilissimi mancipii, quam
Dei natalis domus? Est certe; nam *Aethiopias* (i Plu-
tarcho & Tertulliano credimus) auro vincitos in er-
ga stulis habent, & divitiis malos onerant, tanto locu-
plo triplex, quanto nocentiores. Sed & apud Romanos
tam pretiosas compedes reperio. Nam Antonius regē
Armeniorum Artus ad eam aureis catenis vinciri iustit.
Deus hodie semet ipse constringit vinculis, sed heu
quam exiguī, quam pene nullius preti! non tantum
gemmae hic non rutilant, aurea catena hic non cor-
ruscant, sed vix adfunt viles centauri, qui tenellas
artus vinciant, & arceant frigus. Occurrit hinc, quod
de suo carcere vel in extrema calamitate ridens dixit
B Iugurtha ille Masaenae nepos, opibus & ingenio va-
lidus, sed tamen à Mario devictus. Hic cum captus
Romanus duceretur, & post triumphalem illusionem in
carcerem coniceretur, ueste spoliaretur, inaures, quas
more gentis cerebat, detraherentur, & quidem sic fer-
ociter, ut avelleretur sinuī ima pars auris: cū deni-
que in imam, cāmque tetram & horridā specum ab-
jiceretur. Papaz inquit, quam frigidū est vētrum bal-
neum! atque inibi etiam fame obiit. Misericors Iugur-
thae? Homo fuit, superbus fuit, meritus fuit. De Deo
quid dicas, pectus adamantinum? Puerulus iste immor-
talis est, supremus est, & qui horum nihil meritus, ipse
tamen à Virgine se capi, quid dico capi, vinciri & co-
stringi se pafus est. Primam domum habuit Virginis
uterum, egressus inde, sed sine regia ueste, graveole
& solis feris horribile, antrum ingressus, presepiolo
alligatus est. Quis hic cū Iugurthā, non clamer?
C Quād frigidum palatium elegit Deus? palatium di-
co, quod reverā non fuit nisi fōctens & angusta ca-
vea, in quam humanum scelus damnavit Deum.

§. III. De Valeriano & Baiasitâ vindis.

Valerianus Romanorū seu potius orbis terrarum Imperator, quindecim annis felicem sui regni cursum tenuit, tandem & bellum regi Persarum Sapori fecit magnis viribus, sed nullā fortunā; nam vi-<sup>1. Littera
Amoris
2. Mors
3. Valerianus
Romani
Saporis
famam
cavagia
belli et
equum
concorde
aduersari</sup>cus & vivus in hostiis manus pervenit tantus Imperator. Rex Sapor vīctoriam reverenter & modeste non habuit, sed ad illum barbarū supercilium erexit. Valerianum catenis oneravit, sic catenatum ut mancipium circumduxit, & quoties equum confecidit Sapor, toties scabellū vice, tergum prebuit Valerianus humi reptans ad instar bestiæ, & pedibus calcari se ferens quod vix ferret bestia. Ingemisante forsitan ali- quid tantam fortunā in tantum Imperatorem injuriā? Differēt gemitus, aut in Natalem Christi diem omnes conferte. Quod Sapor Valeriano fecit, homo homini fecit, mortalis mortali, vīctor vīto. Majus est mortaliū scelus in immortalē Deum. Ad nos ille ve- nit propter nos, hospitiū quæsivit, admitti, & ab hie- me defendi i petuit, audivit nemo, excluserunt omnes. Ergo ad bestias vīvit, & seinet infra illas pannis con- strictum abiecit. Sed quæ sensū nostri pravitas est? Valeriani sortem misericordiā, & pāne illacrymātur; Deum in extremā egestate cernimus, & ridemus; cùm afficere nos soleat vel hostiū calamitas.

Quis Bajalitem illum in careæ sine doloris sensu
aspiciat? Fuit hic Bajasites (uti me Turcici Annales
docent) magnus animo & rebus Imperator, & per de-
cem amplius annos variè victor. At cum muraret for-
tuna, magno prelio à Temir-lanco victus est. Atque
cum hi ambo (amicos dixisse, non hostes) pro more
gentis Turcicae in tapet humi consenserint, voluit
Temir Bajalitæ in se animum explorare, atque ideo

in hac verba illum est allocutus: Age mi Bajafites, si A
ego in tua fin potestate, uti tu jam in mea, quæso te
quid ageres? dic verè & liberè. Fecit Bajafites, & fe-
roci elatique animo liberrimè subjiciens, Equidem
te, inquit, si Numen victoriam annuisset, in ferream
caveam inclusum circumduxissim ostentui & irrisui
omnibus. Accipio sententiam, inquit Temir, vel à te
judice, nec aliam quam tu in teipsum pronuntio, at-
que sic ago. Et ad suos, Audite vos, inquit, mox huc
terream caveam fere pro tam pretiosâ avi, includen-
da est, ne avolet. Fecit, & infelice sic inclusit. Trien-
num ferè ita vixit miser Bajafites, & cùm desperatâ
liberatione audivisset in Tartaros se abducendū, ca-
put validis iteratisque ierbibus ferreae caveæ incusit,
& exturbavit indignantem animam. Miserationem
ea res habuit & lacrymas, quod tam generosus san-
guis tam turpi cavea clausus, atque per eam etiam
sparsus fuisset.

Quid facimus mortales, hominem in caveam, qua
feris convenienter, conclusum gemimus. Deum in vil-
lissimum gurgitum infra feras ab hominibus detrusum
videmus, pec sentimus: ubi sensus, ubi lachrymæ? an
expectandum, ut nobis bestiæ pietatem præeant, &
homines doceant, quid humanum sit? revera docent,
& utinam discant vel ab his saltē Magistri inhu-
mani homines! De Lazari canibus, qui misericordiæ
professores egerunt, h̄c plura non distero. Illud vero
tacendum non est, quod Dei Filium in hunc stabu-
li carcerem à Patre missum eximiè representat.

§. IV. De Leone Basiliī Imperatoris filio captivo.

Basilius Macedo Imperator filium habuit, cui Leo
B nomen, obdientem & innocens vita juvenem.
Sed nemo satis innocens est invidiae, que & hunc
Cæsar filium in grave odium vocavit apud patrem,
sed ob aliena, non sua criminis. Pater reum, uti puta-
bat, sibi dat in vincula. It Leo, uti in ceteris, ita & in
hoc parenti suo parens. Dum est in carcere, innocen-
tiam suam cogitat, gemit frequenter, suspirat crebro,
nonnumquam etiam plorat. Audit hæc omnia non
procul in cavea suspensus ploratus, audit suo tem-
pore feliciter recordatur. Interca Basilius Imperator
in patrici cujusdam ad convivium vocatur, & ve-
nit. Adsum & ali non exiguo numero Imperatori familiares. Dum convivium hilaritatem suam explicat,
& è taciturnis loquaces reddit convivas, p̄fittatus ille,
qui Domini facunda voluptas ad hilarundos con-
vivas aderat, etiam sibi, dum facerent alii, garrien-
dum censem:

Incipit: affatus etiam, meditatique verba

Reddit.

Inter alia sape ingeminat: Leo, Leo, Leo. Obscurant
convivæ, & Leonis in carcere jacentes recordantur.
Et, ô Imperator, exclamat florum unus ubi Leo est?
revera hæc avis nobis prudenter. Nos h̄c inter epulas
& pocula letitiā disfluimus, Leo tuus filius in vinculis
merore tabescit. Si licet, magne Imperator, rogamus,
libera. Redit h̄c patri patri sensus; imperat ergo
vinculis exolvi, & ornari ueste ac dignitate pristinâ.

Fecit hoc idem hodie, si cogitamus, cælestis Pater.
Filium suum, quem verè Leonem, & Leonem de tri-
bu Iuda vocamus; hunc, inquam, suum filium, non ob-
sua, sed ob aliena & nostra scelerâ, in hunc stabuli
carcerem conjectit, in quo ille non suspiravit tantum,
sed & lacrymavit. Oblita illius videbatur ipsa cæle-
stis aula. Sed ecce binæ pecudes, inter quas hic cap-
tivus jacuit, voce gestuque, quo potuerunt, Devs,
Devs, quasi clamaverunt. Nec continuuerunt se se
beati Genii, qui toto celo effusi Leonem hunc Dei
Filium esse, suis cantibus affirmarent. Agnoscisne
homo, hominum magistras pecudes.

§. V. Sapiens vieti Gilimiris factum.
L Vbet hic Gilimeris Vandorum Regis factū at-
texere. Fuit hic Gilimer bellis & victoriis diu cla-
rus, tandem à Belisario Iustiniani Imperatoris duce,
pæne omnibus fortunis eversus est. Acie igitur vietiis
in Numidia excellum montem confugit, sed & illic
obsidione pressus, & quasi in carcere copætus mi-
lit ad ducem Pharam atque sibi panem spongiam, & ci-
tharam mitti rogavit. Panem quidem fedandæ fami,
spongiam sedandis lacrymis, citharam pacando dolori.
Dedit illa Phara, & mox sese dedidit Gilimer, qui
ad Belisariū deductus nil nisi risit. Desipere euā put-
abant homines, sed vera hoc fuit sapientia, quā ille
humana omnia ut incerta, hincūmque caduca ride-
bat. Cūmq; pes trium phalem pompam Byzantii ad
Iustinianum Imperatorem & Theodoram conjugem
in sublimi solio fidentes adducere, hoc solum ef-
fatus est: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Depictū
videtur in Gilimere totum humanum genus. An non
obsidemur ab acherontico duce, summo inferoru
monarchâ? an non passim multa hominum millia in
flammæs carcere detrudebat? Misertus est Deus,
& quæ ipsius bonitas fuit, non regatus huī malo suc-
currat, misitque obfessis panem, spongiam, citharam.
Panem quidem illum, qui in Bethlehemiticâ specu
propinquit, Christus Servator noster. Et recte quidē
Bethleheimum Panis domum interpretantur. Sed &
spongia cum hoc pane est, Presepē foeno & panniculis
instratum, quibus siccenuit humentes oculos. Sed
neque cithara deest, cantantes in aere. & omnem ci-
thare harmoniam superantes celestes. Superest, ut &
Gilimerem sequamur, & heroicâ voce clamemus: Va-
nitas vanitatum, & omnia vanitas. Sed num sic quiescen-
dum? neque illum ducem, qui nos tam gravi obsi-
dione pressit, arma movenda sunt, inq; verò sunt, &
quidem hoc ipso Principe & belli duce, qui hodie in
cunarum ergastulo lineis virculis nexus lacrymatur.
Tu infantem, dicat aliquis, militia præfici, & puel-
lum in cunis vagientem exercitus ductorem consti-
tuat? Que dixi, non excusabo. Sed audi, præser-
tim, qui negas ab infante regi posse exercitum.

§. VI. Dux infans in cunis exercitum regit.

A Nno à salute millesimo centesimo supra qua^z Lippis Lovan-
dragecum quartum Godefridus tertius Dux mihi, l. 2. c. 5.
erat Brabantia, sed qui in primâ infantia, & ordien-
tis vite annum nondum esset egredius. Accedit ea
res veteri hostem, & spes animolque ingentes ad-
didit Bertuortium genti, cum quā infantis illius pa-
tri avōque bellum fuerat, & septemdecim iusta præ-
lia. Hostes itaque grandes copias in aciem educunt,
& gentem sine duce vel cum duce infante facile op-
primentam censem. Lovanienses, quorum res tum
potissimum agebatur, ante omnia novum Principem,
quiamvis infantem, in paterno scio locant, & fidem ei
popularium obstringunt: quo facto accingunt se ad
bellum, in propinquo castra metantur. & cùm ho-
stis etiam per fetiales de agnoscendo Principe moni-
tus ferociter reclamaret, in sequentem diem pu-
gnam denuntiant. Sed quis pugna dux & moder-
tor? ille ipse infans. At quomodo in acie stetit, qui
adhuc in cunis jacuit, aut quomodo militem hor-
tari potuit, qui necedum loqui? Hortanus est, & ef-
ficacius quā illus oratorum, sed hoc modo. Con-
silia fuit generosi viri, puerum illum illuc defer-
ri, & animandas militibus ostentari, quod sane fa-
ctum est. Nam infans in cunis allatus, & ad salicem
arborem suspensus est. Neque illa concio hoc aspectu
miserabilis infantis potuit esse facundior. Conjectit
huc universus miles oculos, manu qui potuerunt, te-
tigerunt; omnes ut Numen suum Principem vene-